



Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio
XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum
Theologis ac præcipuè Societatis Jesu**

Estrix, Aegidius

Moguntiæ, 1679

Propositio XXVIII. Qvi mediante commendatione vel munere ad
Magistratum, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione
mental præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

Certè quidem Propositionem hanc 27. lepidè intellexit , versamque nobis flandricè dedit: Quod latinè habet Propositio , ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens , & studiosa flandricè sic exhibet : Soo dat de bedeckinghe van de waerheydt dan beter is , ende WEL GHEVONDEN. adeat Summam D. Thoma 2. 2. q. 166. Art. 1. & 2. Et discat , quid Theologis sit studiositas , & actio studiosa.

PROPOSITIO XXVIII.

Qui mediante commendatione vel munere ad Magistratum , vel Officium publicum promotus est , poterit cum restrictione mentali praestare juramentum , quod de mandato Regis à similibus solet exigi , non habito respectu ad intentionem exigentis , quia non tenetur fateri crimen occultum.

Hic primum quidem reum facit damnatae Propositionis Leonardum Lessium , nullum designans autoris locum. Tum vero & quemdam P. de Haese in quadam concione ad populum Brugensem tempore quadragesimæ in templo S. Donatiani.

Quod ad Lessium attinet , foeda est impostura , à qua vel ipse Joannes Sinnichius videlicet potest vindicasse Lessium , quando in Saule Exegi l. 1. c. 104. §. 391. pag. 414. col. 1. tractans Propositionem illam , non invenit autorem , cui eam adscriberet , nisi modernos laxi-



*laxitatum Patronos innominatos : non peperū
set Lessio , cuius librum legerat diligenter
nisi comperisset , nulla veri specie posse i
doctrinam impingi.*

- Non est tamen obscurum , ex Lessii libri
2. de justitia c. 42. dub. 9. n. 48. raptam ell
occasionem & propositionis concinnandæ
Doctoribus , & imposturæ ab accusatore
sed vero utrumque per injuriam manifestam

Etenim nemo legens Propositionem dubi
tabit , quin ex ejus doctrina omnino absolvatur
culpâ perjurii sic promotus ad Magistrum.
Atqui Lessius loco citato , illâ viâ se
promoventes ad magistratum , & officia pu
blica pronuntiat , reos esse *peccati gravis* ,
que etiam *perjurii* : addit , eos , qui se com
mendarunt , ubi vigent hujusmodi statuta ,
graviter obligari , ut commendationem faciant
irritam , atque etiam magistratum detrectent ,
nisi id post electionem non sit integrum ; ut
quibusdam locis coguntur electi magistratum
adire sub gravi pœna : tum verò ait denique
restrictioni locum relinquī ; in quo ipso casu
non absolvit promotum à culpâ perjurii tunc
contractâ , cum se commendavit prævidens se
conjiciendum in hanc necessitatem . En Lessi
doctrinam in hac materia : conferatur illa cum
Propositione damnata . Nemo , ut autumo ,
Accusatori notus est Brugis Causidicus tam
vel

vel imperitus , vel temerarius , (unum si ex-
ceperis) cui sit animus litem hanc adversus
Lessium suscipere.

Accusationi P. Guilielmi de Haese oppono
reum ipsum negantem , cum sit melior con-
ditio negantis ; quin & appellantem grave
testimonium Illust. Episcopi Brugensis , qui
tota illa quadragesima conciones ejus audierit,
contestantem denique numquam se quæstio-
nem illam tetigisse in concionibus : in priva-
tis verò colloquiis semper se improbasse jura-
mentum illud , de quo est mentio in Prop. 28.
addens , si secus esset , id se fassurum haud
gravatè : atque hæc ille sine fuco , ut est viri
mos , litteris Mechlinia datis die 21. May
1679.

PROPOSITIO XXX.

Fas est viro honorato occidere invasorem , qui
nititur calumniam inferre , si aliter hæc ig-
nominia vitari nequit , idem quoque dicendum ,
si quis impingat alapam , vel fuste percutiat , &
post impactam alapam vel ictum fustis fugiat.

Autorem Propositionis , & quidem verbis
propriis Propositionis ait fuisse Lessium lib. 2.
cap. 9. dub. 12.

Hæc etiam est impostura impudentior ,
cum non vereatur designare locum unde
convinci potest. Verba Lessii isto loco con-
fera-